



**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

XVI. De charitate ipsius ergà Herlucam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](#)

XIV. Sociauit ei D E V S in primis mulierem indigenam nomine Doudam excellentissimæ pietatis, & castitatis æmulam, vtpote Sigibodi Reytenbuchensis Eremitæ neptem, discipulam. Nam cum adhuc virgo ad eum salutaribus monitis instruenda venisset, ille quidē sedixit optare, quatenus possibile foret, in virginitate permaneret; sed, quia minimè speraret à propinquis eius hoc toleratum iri, consilium se dare, iugiter per septennium abstinendi à concubitu maritali, ex quo se primum sensisset imprægnari. Nam, ex quo filiam, nomine Charopolim, deuotā C H R I S T I Virginem, quæ nunc spiritualis matris *Herluce* sepulchrum die noctuq; lacrimabunda obambulat, feliciter se concepisse persensit, septennem continentiam, consentiente marito, compleuit; eidemq; denuo copulata, postquam filij sui nomine V Valterij grauedinem in utero deprehendit, ad torum coniugis ylterius, vt creditur, non repedavit.

XV. Iuuit castimoniæ perpetuitatem primitus falsa suspicio mariti de criminе incæstuosi adulterij, cuius purgationem subsecuta est tanta infirmitas eiusdem vi- ri, vt tempus longè fiendi ab amplexibus facile posset agnoscī.

XVI. Hæc igitur in solatium derelictæ *Herluce* diuinatus accersita, tam strictè eam charitatis vlnis amplexata est, vt ei syncerum matris affectum, & filiæ vocabulum mira cum suavitate impertuerit.

XVII. Si quando asperiori vestimento *Herluca* vestiri voluisset ad carnem, parcens ei Douda, suis illud potius castigationibus adaptauit, prædixitque satis eam mature talibus usuram, longè se prius, quam illam obturam; quod quidem ita euenit.

Y 2

XVIII. Ve-